Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Seite 212

Quelle:
Copyright:

Decl.

Cod: CCXCVIII.

Chartac: 4. Sæc: 13.

L. 4. 1.

~~Lehl unter Nr. 10.~~

1.

Gotfridi Viterbiensis Speculum Regum.

Cum codex noster titulo careat, eum integre ita exhibeo, quemadmodum habetur in Cod. ms: Biblioth: cæsar: Viennensis, nempe: "Speculum Regum, compositum per Magistrum Gotfridum Viterbiensem Imperialis aulæ Capellanum, ad Dominum Hennicum VI. Regem Romanorum et Theutonicorum, filium Friderici Imperatoris de Geneologia omnium Regum et Imperatorum Trojanorum et Romanorum et Theutonicorum a tempore diluvii usque ad eundem, secundum chronica Venerab: Bedæ Presbyteri, et Eusebii et Ambrosii". Haranbec: edit: Kollar: lib: II. col: 575. Speculum precedit epistola dedicatoria ad Hennicum VI. quæ incipit in hæc verba". Scientia literarum o Hennice omnium regum felicissime". In eadem opus suum Speculum Regum appellat. Incipit autem Speculum metrice exaratum:

"Editur archa canitur noe patriarcha".

Carmina perpetuus sequitur Commentarius prosaicus, quæ simul hisce finiuntur.

"Carolus imperii suscepit in orbe coronam
Cujus et auxilius reparet sua tempora roma
Sicut et in titulis pagina nostra sonat".

In calce Comentarii additur: "Et sic est finis Speculi hujus historialis metrici". Speculum igitur nostrum annos Caroli M. non excedit, unde non imperito mutilum esse dicenis: Verum hanc lacunam explere cupiens anonymus quidam addidit Chronicum Imperatorum prosaicum a Carolo magno usque

Chronic: Imper: ab a° 800 – 1439.